Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26682
Copyright: Admont, Benediktinerstift



anima mea quia peccauit tibi Enimici
mei dixerunt mala mihi quando mori
etur et peribit nomen eius Et si ingre
diebat ut videret vana loquebat
cor eius congregauit sibi iniquitatem
egredebat foras et loquebatur in idipsum
Aduersum me sussurrabant omnes in
imici mei aduersum me cogitabant
mala mihi Verbum iniquum statui
tuerunt aduersum me numquid qui
dormit non adiciet ut resurgat Etiam
homo pacis meae in quo speraui qui
edebant panes meos magnificauit
super me supplantationem Tu autem
domine miserere mei et resuscita me
et retribuam eis Enimvero cognoui quia
voluisti me quia non gaudebit inimicus
meus super me Me autem propter inno
centiam suscepisti et confirmasti me
in conspectu tuo in aeternum Benedictus
dominus deus israhel a seculo et usque
in seculum fiat fiat psalmus

Sicut cervus ad fontes aquarum
desiderat anima mea ad te deus
sitiuit anima mea ad deum fontem